


IO. BAPTISTÆ
CAVALLARII

PHILOSOPHI, ET MEDICI
NEAPOLITANI.

DE MORBO EPIDEMIALI,
qui Nolam, & Campaniam Vniuersam
vexauit Curatius, &
Præseruatius.

DISCURSVS.



Cum Priuilegio, per decennium.

NEAPOLI, Apud Io. Jacobum Carlinū, Typographum
Curæ Archiepiscop. CIC 15 CII.



ILLVSTRISSIMO,
ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
D. FERDINANDO
A CASTRO,
LEMEN TIVM, ANDRADAÆ,
& Villaluæ Comiti, ac Sarriæ Mar-
chioni, Regni Neapolitani, Pro-
regi Dignissimo.

Io: Baptista Cavallarius Neapolitanus F.

X. communis humani ge-
neris parentis casu natu-
ra humana sic à recto tra-
mite deflexit, ut & ipsa
ad malū proclivior quā
ad bonum esse cæperit;
& qui ea constant homi-
nes suorum præclarè factorū pauciores ma-
a 2 cenates,

cenates, quam Momos habeant, & Zōilos,
nam qui studijs, & scientijs prēditis sunt, ho-
rum patronos haud est recipere permultos;
At si quis studiorum cultor opus egregium
ediderit, & litterarum mōnumentis manda-
rit, non deerunt, immō confessim aderunt
quam plurimi, qui vix editum opus curiosis
liuidisq; oculis contemplantur; vt si quid in
eo fuerit omīssum vel admissum perperā cu-
riosē notent, & liberē carpant. Ea rē factūm
est, vt qui in aliqua scientia, arteue excellūt;
cupiētes aliquo scriptorūm genere prodesse
postoris, vel ab incēptione deterreantur, vel
in incēpto non permaneant, non paruo cūm
detrimento totius orbis nēdūm vnius vrbis,
vel si typis illud mandare in animū indu-
xerint, cogantur aliquem sibi eligere literis
non tinctum modo, sed imbutum, & ornatū,
magneq; auctoritatis Virum; qui operū eo-
rum patronus esse possit, sitq; defensor acer-
rimus, nam contrā mortuos obloqui, pugna-
req; est persicile, cum obiecta illi tela infrin-
gere nequeant responsione, neq; retorquere,
aut reparare, Expugnare vero illas contra
disertos, & illustres genere patronos, vel in-
se ipfis viuos, vel in hominum memoria viue-
tes; neminem fugit esse perdifficile; Hoc ipsū
euenisſe

llos,
s, ho-
ltos;
gium
nda-
erunt
riosis
id in
á cu-
stum
llut;
desse
, vel
cum
bis,
ndu-
teris
atú,
eo-
cer-
na-
rin-
ere,
ntra
el in
ue-
psú
usse

euuisse mihi intelligo Excellentissime Prin-
ceps, atq; huius fidelissimi Regni Neapolitani
dignissime Prorex, sciens enim me tibi debere
quāplurimū idq; multis nominibus, sed eo pre-
fertim quod Patrię que me ex matrino alio ef-
fusum exceptit, & aluit, cuiq; proinde lege na-
ture totū me intelligo dcberc, ipsepars es ma-
xima, & decius amplissimū, optabam aliquam
mihi occasiōe offerri, dādi, & grati animi, &
amoris in te mei nō obscurā, neq; exiguum fi-
gnificationē, optati tandem data est ex seuo, fu-
nestoq; morbo, qui anno pto ximē elapso quip
pe sexcentesimo supra millefintū in Nola, &
Neapolim, Capanię Vrbes, aliaq; illis finitima
vicinaq; loca, valde nimis, & perniciose admo-
dū sequit. Quā vti noluisssem offerri, sic oblatā
acepi libenter, eoq; animo, vt de huiusmodi
morbi vi, atq; effectis curaq;, siquādo (qd ab-
sist) in eadē locā, aliae contigerit, eūdē sequire,
libellū accurate exacteq; conscriberē; id qd
& sedulo feci: & vt typis quam primū manda-
retur diligēter curaui, & vt ab inuidis, & ma-
ledicis tutus prodiret in lucē, non in ipso limi-
ne modo, sed & omne per æuū, nihil mihi po-
tius fuit, q; vt sub tui nominis umbra tutelaq;
imprimeretur, quo nihil à me conuenientius;
prudētiusq; fieriarbitror potuisse; nā, vt mit-
tam,

tā, quod huius Regni cuiusipse Prorex clauū
tenes (idq; vti decet & sapientia, prudentiaq; ,
& iustitia ornatū Principē) præcipuam infecer-
rit, & vexarit partem tuaq; prudentia, & vigi-
lanti cura, ne serpens, vt cancer, morbi Vis re-
liquas ciudē Regni partes contagione pede-
tentim inficeret & vexaret, est abs te satis su-
perq; p̄spectū, quas ob cāusas tibi merita de-
bita q; erat huius opusculi dicatio, sed ijs omif-
sis, quis, adeo, curiosus, & diligens in notandis
scriptorū vitijs, q; sit ne in hoc opusculo omis-
sum aliquid, uel admissum perperam audeat,
te patrono īdagare? Ne Momus quidem, qui
etiā deorū opera curiosis oculis, ut fertur, cō-
templabatur, & summa cū libertate carpebat
quis etiā tāta libidine repræhēdendi exēstuās,
qui hunc libellum Regis Philippi Proregi di-
catum nō uereātur repræhendere? Ne Zoilus
quidem Homeromastix. illud ergo in tuam
fidem, & tutelam suscipe optime Excellen-
tissimeq; Princeps, & tamquam pūllum a me
exclusum pennis tui nominis foue, & ab inui-
dorum, & obtrectatorum morsibus tuere, &
vindica. Ita fiet, ut abs te Liber, & à maledicis
tutus sit, & à literatis hominibus legatur libē-
tius, & te Mæcenates, crescat Deinceps in dies
Maronū numerus. Vale nostrum Decus, &c.

QVINTIVS BONIOANNES
DOCTOR MEDICVS
ET MEDICINÆ VOCATÆ PRACTICÆ.

IN FLORENTI^{SS.} NEAP. GYMN.
PRIMARIVS PROFESSOR.
AD LECTORES.



ETERES illi Romani sapientissimi, qui literis, ne dum armis vniuersum Orbem subiugarūt, inter alia praeclarè instituta illud pricipuum habebant, ut qui cint bello seruaret, vel ab hoste patria tueretur, corona dignus esset, ac pater patriæ vocaretur non secus Hipp. noster, cum pruidendo à Grecia pestem arceret, atq; illam ab imminēti pernicie liberaret, tanquam diuinum numē est habitus, & Ara, & Statua illi ercta est, ac quotannis ei vota persoluebant. Quare Doctor Iо: Baptista Cauallarius, qui cum olim noster extitisset auditor, peritissimus Philosophus, Medicus exercitatissimus iam euasit, non vnum, sed propè inumeros ciues, Nobilissimam Nolanam Ciuitatē, & felicem vniuersam Campaniā, dum à crudeli peste hoc libello tueri, atque curare docet, & multiplici corona dignus est, & non aliter, ac alter Hippocrates Aran meretur,

tā, quod huius Regni cuiusipse Prorex clauū
tenes (idq; vti decet & sapientia, prudentiaq; ,
& iustitia ornatū Principe) præcipuam infecer-
rit, & vexarit partem, tuaq; prudentia, & vigi-
lanti cura, ne serpens, vt cancer, morbi Vis re-
liquas eiusdē Regni partes contagione pede-
tentim inficeret & vexaret, est abs te fatis su-
perq; p̄spectū, quas ob cāusas tibi merita de-
bita q; erat huius opūsculi dicatio, sed ijs omis-
sis, quis, adeo, curiosus, & diligens in notandis
scriptorū vitijs, q; sit ne in hoc opūsculo omis-
sum aliquid, uel admissum perperam audeat,
te patrono indagare? Ne Momus quidem, qui
etiā deorū opera curiosis oculis, ut fertur, cō-
templabatur, & summa cū libertate carpebat
quis etiā tāta libidine reprahēdendi exēstuās,
qui hunc libellum Regis Philippi Proregi di-
catum nō uereatur reprahendere? Ne Zoilus
quidem Homeromastix. illud ergo in tuam
fidem, & tutelam suscipe optime Excellen-
tissimeq; Princeps, & tamquam pūllum a me
exclusum pennis tui nominis foue, & ab inui-
dorum, & obtrectatorum morsibus tuere, &
vindica. Ita fiet, ut abs te Liber, & à maledicis
tutus sit, & à literatis hominibus legatur libé-
tius, & te Mæcenates, crescat Deinceps in dies
Maronū numerus. Vale nostrum Decus, &c.

QVINTIVS BONIOANNES

DOCTOR MEDICVS

ET MEDICINÆ VOCATÆ PRACTICÆ.

IN FLORENTI^{MO}SS. NEAP.^{NO} GYMN.^{SIO}

PRIMARIUS PROFESSOR.

AD LECTORES.



ET ERES illi Romani sapientissimi, qui literis, ne dum armis
uniuersum Orbem subiugarūt, inter alia praelarē instituta illud
precipuum habebant, ut qui cuncto
bello seruaret, vel ab hoste patriā
tueretur, corona dignus esset, ac
pater patriæ vocaretur. non secus Hipp. noster, cum pra-
uidendo à Gracia pestem arceret, atq; illam ab imminēti
pernicie liberaret, tanquam diuinum numē est habitus,
Ara, & Statua illi erēcta est, ac quotannis ei vota per-
soluebant. Quare Doctor Iо: Baptista Caualarius, qui cum
olim noster extitisset auditor, peritisimus Philosophus,
& Medicus exercitatissimus iam enasit, non vnum, sed
propè innumeratos ciues, Nobilissimam Nolanam Ciuitatē,
& felicem uniuersam Campaniā, dum à crudeli peste hoc
libello tueri, atque curare docet, & multiplici corona
dignus est, & non aliter, ac alter Hippocrates Aran
meretur,

meretur eoq; magis mortales illi debent; quod non tantum
verbis, & ad Pharmacopolis petitis auxilijs mortalem
luem, illam praeuidendo, profligat, Sed totius etiam mali
causam, & radicem abscindit, dum modū à quo aque ille
Nolana, qua singulis quot annis stagnantes aerem cor-
rumpunt, ad locum deriuentur, docet; quo aer purus, &
universa hec Campania ab omni contagio immunis eua-
dat: quid si forte (Deus omen auerat) calamitosa ite-
rum rediret illa constitutio, his indicationibus positis, ac
recta methodo curare docet, cum causas omnes, affectasq;
partes rimetur. Quinimò aliquot Hippocratis & Gal.
obscura loca ita enucleat, atque explicat, ut veteranus esse
miles aperte videatur. Libellus quidem est (fateor) mole
parvus, sed doctrina, ac virtute maximus: in ipso enim
mancum aliquid, aut quod perperam dictum sit, ne Mo-
nus quidem inuenire potest. Hilari animo libellum acci-
pite quandoquidem, ut in ipso perlegendo vitam conteratis
proculdubio dignus haberi potest. Valete.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΛΟΜΒΑΡΔΟΥ
πρὸς τὴν Νεάπολην. Εξάτχον.

ΥΔΑΤΑ λοιμώδη Νάπος Καβαλάριος οὗτος
Ηνὶ περιπλόσει ἰχνρῷ ἀπά λόγῳ.
Διν τεος ιπποκράτης εἰ τύκως ὄνομαζεται, ἔφε
Πυρὶ προειάθει σόματα φαῦλα νέσφ.
Αξιος ἐσὶ λαβεῖν τ' ἀγάλματα πάντα, τύκτωρ
Ηματι καὶ τεύχη ἐστ' ἐπίσημοι πράγει.

O P V S C V L V M A D L E C T O R E M.
QVID memiraris paruum fastig; tarentem?
Nobilis è partio gloria nene venit?
Ceruitis exiguum si gemmam sape; sed illa
Non tenuis tensi corpore claudit opes.



IO. BAPTISTAE
CAVALLARII
PHILOSOPHI, ET MEDICI
NEAPOLITANI.

DE MORBO EPIDEMIALI
qui Nolam, & Campaniam Vniuersam vexauit: Curatius, & Preseruatius

DISCURSVS.

AVCTORIS INTENTIO.

Cap. I.



NN O, qui fuit Iubilei
millesimo sexcētesimo,
morbi perniciosissimi,
non solum Nolanæ Ci-
uitati, vgrū etiam mul-
tis alijs oppidis, & Ciui-
tibus circūuicinis cō-
A tigerunt,

• *Jo: Baptista Cauallarius*

tigerunt, ita vt mortem, & perniciem maximam, tam illis, qui continuam ibi moram faciebant, quam ijs, qui per aliquod temporis *Ocœsiō scribendi.* spatium morabantur, attulissent, vnde cum sit res noua maximiq; momenti, & à nemine adhuc scripta, quod sciam, fuit à multis mihi impositum onus, vt aliquid de hoc ipso scriberem, & quid sentirem relictis, quæ ad Scholaſticas disciplinas pertinent, in lucem proferrem, propterea opere pretiū esse duxi

Partitio multa perquirere, Primo quis morbus fuerit,
opusculi, num epidemialis vel cum contagio, vel sine;
acquid agit secundo quæ nam causa extiterit, aqua ne fo-
dum propo la, an aer etiam? tertio, quis nam modus
fuerit au- sit curationis, quarto & ultimo quæ nam sit
bor. hominum præseruatio, scilicet quæ ratione
poterunt deinceps alijs temporibus præser-
uari, & sic, Deo concedente finis erithuius
optatæ tractationis.

FEBRIS PESTILENTIALIS
cum multis symptomatibus associata.

Cap. II.



VANTVM igitur ad Primum apud omnes notissimum, & clariſſimum fuit, morbum fuisse febrem

brem pestilentialem pernitiosam ex ingenti humorum cordis putredine factā , ita vt eo-
rum substantię destructio facta fuerit, & for-
mam suam propter hanc ingentem putredi-
nē amplius non seruauerint, vbi enim est pu-
tredo , ibi substantię destructio , vt dicebat
Galen. hinc mirum non fuerit si propter hoc
tot seuissima accidentia, ac symptomata ad-
fuerunt, nempe delirium, lethargus, vigiliae,
sitis intensa, arida lingua , lotium confusum,
sincopes, per totā cutim efflorescentiæ, pul-
sus imbecillitas, cum maxima virium iactura
& hoc, si Galeno credimus 3, de præfigit. ex
puls, cap. 3. proprium signū illarum est
nam dicebat / Deprehenduntur qui affecti
sunt peste, ad hæc si pulsū nō habeant præ-
ualidum nam , & tunc imbecillis facultas
cordis per viam grāuaminis , & resolutionis
facta est, existente enim maxima putredine
in corde ipsius substantiam dextruit , & sic
tantam copiam spirituum generare non po-
test, hinc postmodum pulsus imbecilles , &
parui sequuntur, sed maxima consideratione
dignum aliud symptoma in huiuscemodi fe-
bribus apparuit, quod interna vrebantur, &
calor foris mitis, & blandus, aliquando frigi-
dus (vt in lippirijs febribus frigus solet esse, vt

*Quæ febris
fuerit, quæ
Nolam as
reliquas
urbes in-
currat.*

*Signū fe-
brium pe-
stilentialū.*

Gal. 6. epid. comment. 1 tex. 29. dicebat
 (Atq; idcīrcō, neq; calidi, & perurentes qui
 peste laborabant tāgētibus videbatur, quā-
 uis interius magno flagarent incendio) itaq;
 partem internam inflamatā arguere cum
 enim purredo sit in corde, calor, & spiritus
 opem, & auxilium cordi dant, alias partes
 frigidas relinquendo, itaq; si hæc adfuerunt,
 & Gal. in lib. de constit. artis med. 18. sym-
 ptomata multum ad cognitionem morbi
 conferunt igitur febres pestilentiales dicen-
 das esse manifestum patet.

QVOD MORBI EVERINT pestilentiales, et spuri contagiosi.

Cap. III.



V A S. quidem febres nulli du-
 bium est in illis partibus fuisse
 pestilentiam, & morbos pesti-
 lentiales, hinc quippè miratus
 sum aliquos medicos in hoc es-
 se hallucinatos nam quid clarius: legite que-
 sò Ambrosium Nolanum virum doctissimū,
 cui in hac re magna est adhibenda fides qui
 scribens libellum de Nolæ antiquitate, alio-
 rum authoritati innixus lib. 1. cap. 1. pesti-
 lentiam

De Morbo Epidemiali.

5

lētiam his verbis nominat⁹ Audiuius enim
à senioribus septuagesimo anno eas iterum
erupisse , atque sequutam esse pestilentiam .
& cap. 9.loquendo de illis aquis ⁊ Toties pe-
stilentiam expectare Vrbem necesse est ⁊ &
lib. 3. cap. 3. ⁊ Sunt Campasani inter quos
Antonellus Senator optimus præstitit Præ-
fectusq; vrbis,Cūm pestilentia afflcta fuisset
quam summa diligentia iuuit ⁊ hoc idem di-
cit loco citato in fine capit⁹; & in multis alijs
locis quare optime ita nominatam fuisse ar-
bitror , nam ab vniuersali causa peruenit , &
quamplurimos eodem morbo laborates oc-
cidit , vt testatur Hipp.lib. de flatibus , quan-
do dicebat alterum genus febrium cōmu-
nē pestis appellatur ⁊ & Gal. multis in locis ;
sed precipue 1. epid: in procēmio ⁊ Horum
pernitiosissimi , & pestilentes vocantur , &
qui proinde ac totum vulgarium morborū
genus ex Cœli statu proficiscuntur ⁊ ac tanta
pestilentia ; & pernicies fuit , quod fere per
quamlibet Ciuitatem , & oppida ad millia
hominum capita interiere , quamvis vera , &
exquisita pestis dici non possit , quoniam , &
si plures , aut omnes inuasit , obicre autē mal-
iori ex parte , illud tamen animaduersione est
dignum , quod noncito moriebantur , sed in
mul-

Quod ex-
acto loquē-
di modo pe-
stis nō ex-
titerit.

6. *Io: Baptista Cavallarius*

multos protrahebantur dies, quod est contra naturam pestis veræ, in qua credimus venenum esse præsentaneum & maximæ aetuitatis atq; virtutis, quod infra pauca horas, paucosq; dies homines perimit, in his autem morbis, qui auxilium in rebus necessarijs habuerunt in medicamentis, in cibis, sanitati sunt ferè omnes restituti, vnde, & nobiles pauci perépti sunt, plebei vero obijere plures ob defectum rerum necessariarum, bene igitur dixi pestilentiam, seu aliqualem, & similem pestem, cum fuerit epidemialis pernitiosa, & Gal. 3. epid. comment. 3. I. neq; enim certum est morbi nomen vulgare, vel pestilens, cæterū quicunq; vno in loco multos simul inuaserit vulgaris hic nominatur, si hoc habet, vt multos perimat pestis I in illis etiam partibus contagium associatum fuit, verum intelligendum est de non vero contagio sed de spurio, & notho, quia verum, &


Quid sit exquisitum contagium.
exquisitum contagium dicitur, transiens infectio de vno corpore in aliud corpus siue affecto illo morbo, & apto recipere morbū vt p belle Fracastorius lib. 1. cap. 1. probat, non enim si lignum semina habeat contagiosa, dicitur lignum recepisse contagium formaliter, sed effectiuè quia contagium potest alijs

alijs communicari, ita etiā aer, & aqua, corpore
pora fuerunt contagiosa, non quidem ut di-
cunt formaliter, sed effectiū quia effecerūt
putredinem illam magnam in corporibus il-
lorum, corpora tamen illo aere, & aqua in-
fecta, contagium inter ea non habuerunt,
quia nobiscū versata sunt Neapoli ferè duo
millia hominum, & tamen, nec magistratus
prohibuit. Alioquin si hę febres essent cōta-
gioſæ prohibuſſet utiq;, nec vilius Neapolit
contagio illarum febrium laborauit, nec nos
medici qui curauimus hęc corpora, conta-
gio ſumus affecti: modo laboranti contagio,
ſeu morbis contagiosis conuerſatio pericu-
loſa, vt dicebat Gal. i. de differ. febr. 3. ne
inde illud contagium, ſeu morbus contagio-
ſus contrahatur, & propterea non verū con-
tagium, ſed ſpurium nominari debet, quod
autem hoc fit verum, manifestum eſt ex qui-
busdam hominibus, qui per Nolanam Ciui-
tatem tātum tranſeuntes, statim in huiusmo-
di febres inciderunt, & perempti ſunt quod
ſignum clarissimū videtur contagium fuſſe,
cum infectio, ſeu impressio ab uno in alte-
rū, ſcilicet forma putredinalis in aliud cor-
pus facta fuerit, & à corruptione aquæ, &
aeris dependere, quod mediante calore af-
fecta

fecta fuerint corpora illa, & occulte qualitate, & per vaporem & per humorem, nam per hoc ab alijs febribus putridis differt, cum haec habeant putridum calorem & quandam putredinem excellentem, ut Gal. 6. epid. comment. 1. tex. 29. cum hic intensior sit putredo, & tota massa humorum in corde putrefacta fuerit. huius rei testis experientia sit, nam hanc perniciem maximam audiens Illustrissimus, & Excellentissimus Lemensiū Comes, huius nostri Regni Prorex, vti prouidentissimus ac vigilantissimus Pastor statim sua insigni prudentia, & charitate quamplurimos, & peritos medicos huius fidelissimae Ciuitatis Nolam misit, inter quos primus fuit per-

Quintius Bonioannes missus Nolam ut consuleret ciuib' morbo afflitis.
Quid inutum fuerit infectis corporibus mortuorum Nolani.

Quintius Bonioannes qui hodie in Parthenopæo Gymnasio primum locum in Medicina, & Philosophia obtinet, ita vt omnibus numeris Medicinæ, & Philosophiæ absolutus sit, & sectis aliquibus corporibus inuenierunt ventriculum bilis copia vitelliæ plenum, & eodem colore tunicas ventriculi tinctas, pariter autem, & intestina, unde nil mirum si miserrimi illi languentes initio illarum prauarum febrium vomitu molestabantur & nausea, vomitus autem in principio factus, solet esse signum prauarum febrium



Quint
Bonio.
nes m.
Nolai
confui
ciuib
bo afj
Eliis.
Quid
tum f
in se Ei
porib
morti
Nola

Brium; ut inquit Paul. lib. 3. cap. 24. meatus
qui ad chistim fellis protendit, obstruetus
erat ab humoribus crassis, viscosis & tena-
cibus, vnde omnes ferè ictericoi erant, & lone-
go tempore si qui euadebant, indigebant ut
sanitati restituerentur propter crassitudinem
illorum humorum obstruentium, totia vero
semper erant, Ictericā crassa, & subrubra fe-
cta chisti tellis, non imuenta est bilis flava, sed
atra, & nigra, veluti atramentum, quod extre-
mæ putredinis est signum, & caloris, ut Gal.
10. de simplic. med. facult. cap. de felle mon-
strat. hepat quo ad partem externam album
erat quia calor naturalis a centro totus ex-
halauerat ad circumferentiam adiutus à ca-
lore præter naturam; parte vero interna
nigrum, & atrum erat veluti carbo accensus;
& extinctus itaq; febres istæ prauæ fuerunt,
ob ingentem putredinem, longæ quia vix ad
tres menses sanitati restitui poterant propter
crassitudinem humorum, non immerito igi-
tur Bene exclamat Gal. lib. de constit. artis
med. cap. 16. quod huiusmodi putredo, seu
malignitas in duabus consistebat Primo à
natura putridi humoris, Secundo a natura
membrorum, si primo duplici modo, vel quando
ita sua viatura est, vel atrabilis, vel quando sua

B natu-

natura non est venenosus, sed similis illi fieri potest, nam ex multa humilitate, ut infra dicemus, adeo, ingenus, & magna putredo concitati potest, ut similes veneno sint, ut testatur 6. epid. comment. 1. tex. 2. 9. Secundo quando est à natura membris, sicut quādo est in corde, vel in cerebro, ut 3. epid. comment. 3. tex. 75. has duas conditiones in huiusmodi febribus fuisse clare patuerunt, huius febris differentiae tres esse possunt, Gal. 9. de simpliciū medicamentorum facultatibus cap. de bolo arinend. Prima in qua partes interiores videntur, & extrema frigent, & haec à Gallo vocatu lippiria, altera in qua tam internas quam exteriores moderatum calorem habent, tertia in qua ambae partes videntur, & istarum differentiarum vindicatur frigidior altera respectuē loquendo, verum hæc omnia in huiusmodi pestilentia ad fuerunt, sed cum contagio spurio causatio, ut supra dixi, cum fuerit facta infectione ab una corpore in aliud corpus cum putredine ingenti, nam ex illius aquæ corruptione à caliditate extranea aeris facta eleuari sunt vapores non subtilez quia resoluuntur, sed crassificantur, ut spherulata corporiscula aeroe crassa, quæ non ita dissoluntur & sic contagium fecerunt, quod quidem

dein mediantibus ventis austrinis, vt euenir tempore Vetus Regionibus circumiacentis cōmunicatum, & contaminatum, ex quo patet seminaria contagiosa attulisse, & ad multas regiones circumiacinas aere, in quo quidem erant illa seminaria maligna, & prava, ita etiam, & venti possunt hæc seminaria putredinis afferre vt narrat Hippocr. & Gal. i. de differ. febr. cap. 4. quod ex Ethiopia semita putredinis cum ventis peruenere in Græciā, vnde pestis grassata est apud Græcos, remanet igitur quod respectu regionum in hominibus contagium factum fuit, sed negandum non est quod temporis processu tanta pernities, & contagium tempore Hyemis propter vetos remotum fuit, ita vt qui postea similibus febribus corripiebantur in maiori parte euadabant, & sani fiebant & erant tātum febres pestilentiales inproprie vt dicunt scriptores omnes, & præsertim Gal. mentionem facit 3. de presag. expuls. & 3. epid. commēt. 3. tex. 58. nam ex nimia aqua illa putrefacta non fuerunt totaliter illi vapores resoluti, quare adueniente postmodum Autumno & Hyeme pestilentiales febres effecerūt, si igitur hæc adfuerunt sequitur necessario aliud scilicet.

*Modam
contagij.*

TALES FEBRES EPIDEMIALES

fuisse probatur. Cáp. iii. I. et



V. Q. D; epidemiales febres fuerunt patet, cum in maiori parte Nolæ, atq; in alijs Ciuitatis bus mortem attulerint, ita ut dicatur morbus fuisse supra Populum, & Gal. i. epid. in proœmio, & i. de ratione victus, quando dicebat illum esse morbum, epidemiam quādo quid vniuersale, & commune pluribus regionibus, à causa vniuersali, & communī fiat: talis fuit morbus illo anno, nam non solum Nolanam Ciuitatem, sed etiā alias Ciuitates nempe Nuceriam, sanctum Seuerinum, Cauā, Vesuvium, & alia oppida vexavit etiam si boni aeris erant, infecit; cuius causa, vt infra dicemus, erant aquæ, & aer, vltimo confirmatur ex Gal. i. epid. quando dicebat (perspicuum est ex genere popularium morborū qui lethales sunt, & malignissimi eos, & pestilentes vocati) ergo merito febres istæ sub genere morborum cōtagiosorum, & epidemialium collocandæ sunt.

Conditiones morbi
epidem.

viii.

s. II

Dubi-

DUBITATIONES CIRCA*dicta.* Cap. V.

SE D aduersus quæ diximus suæ
pra non nullæ perutiles & cu-
riosæ dubitationes cōtingunt,
quarum prima hæc est, ynde
euenit quod huiusmodi febriū
contagiosæ aliquæ fuerint, aliquæ vero non?
dico quod quando aliqua forma introduci-
tur, sēmper oportet, vt dispositiones prius
de necessitate præcedant, aliter nunquam il-
lā forma introducitur, vt patet de ligno vi-
ridi, vt forma ignis introducatur, prius opus
est vt exicetur, & paulatim introducantur
dispositiones, & postea vltima forma ita si-
mille in huiusmodi contagio fit, Primo fuit
dispositio ex parte passi, ex parte agentis, &
ex parte medijs, aliter impressio illa contagij
fieri non potest, declarat hoc Gal. i. de dif-
fer. febr. cap. 4. vbi dat exemplum, quod
existentibus decem millibus hominibus in
theatro sub sole feruente, quatuor ex illis fe-
brieit, quatuor non, hoc autem ex illarū
dispositionum diuersitate prouenit, aliqui
enim sunt dispositi, aliqui non, & hoc est ex
parte passi, requiritur autem vt dispositio

*Exorditur
à rei natu-
ra ad q̄st.
soluendā.*

scilicet corpus, non sit paratum, ita ut non sit nec humidum, nec malo succo repletum ut Gal. dicit; Secundo requiritur ut causa imprimens non sit fortis, neq; medium concurrat sed quando contrarium accidit nempe causam imprimentem esse fortem, & sunt illæ qualitates aeris putredinosæ a causa occulta scilicet caliditatis, ut fuit in tempore Aestatis, adeo sunt fortes; ut illud imprimat, & tanto magis quanto passum, seu corpora illa propter precedentem pluuiam, quæ fuit hyberno tempore, adeo, malis succis, & humoribus disposita, repletaque ut imbecilliora facta sint: in causa etiam medium quando existit adeo, præparatum, ut morbi contagiosi fiant, nam in aert talis constitutio esse potest ut corpora disponat, & ægritudines vniuersales faciat, sicut fuit annis elapsis in Catharro illo epidemiali, erat enim in illo tempore aeris dispositio talis, quæ corpora ad suscipiendas tales ægritudines præparabat; hac tamen differētia aliqui in maiori vi, aliqui in minori recipiebant; Secundo quod postmodū corpora erant robustiora, & boni habitus, vel imbecilliora, & male organiza-ta, sic fuit illo anno aer adeo præparatus, ut medianib[us] suis malis qualitatibus, & humorē,

mōre, in corpora illa febres pestilentiales in-
fixerit, & illa inciderunt magis quæ in tali
aere præsentia fuerunt.

Dubitatur Secundo si fuerunt febres epi-
demiales quare in eadem tempestate nō om-
nes in eodem aere fuerunt infecti, cum per
aerem fuit causata illa febris, & omnes inspi-
remus? Huic dubitationi respondet Gal. I. Dilatio du-
bitatio .
epid. in proemio, quod ratio attribuenda est
vel per naturam, vel per ætatem, vel per vi-
uendi rationem, differe enim corpus à corpo-
re per naturam idest per innatum tempera-
mentum, cum diuersa reperiantur, sic etiam
dico per ætatem, & per viuendi rationem,
per hanc etiam rationem aliqui eundo illuc-
fuerint mortui, aliqui vero nequaquam.

QVAENAM FEBRIS FVERIT

species. Cap. VI.


X dictis itaq; satis superq; patet
quod genus febrium fuit: sed
ex qua specie? vt magis descé-
damus, dico quantum à me, &
ab alijs obseruatum fuit, pro-
priam, & determinatam specie non habuisse;
nam aliquæ motu duarum tertiararū con-
tinua-
Species il-
larum fe-
brium.

tinuarū; aliquæ vnius tertianæ intermitter-
 tis seruauerunt; aliæ erant fortasse semiter-
 tianæ de quibus seorsum scripsit Hipp. in 1.
 epid. comment. 2. tex. 25. vsq; ad 30. his ver-
 bis. Continuæ autem febreſ omnino num-
 quam intermittebantur, sed inuadebant om-
 nes more febris, naturam tertianæ referentis,
 & vno die aliquantum remittebantur altero
 ingrauescebant, omnium erant, que id tem-
 pus inciderunt violentissime, longissime, la-
 boriosissimeque leues a primo die ceterū in
 totum semper increscebant ac decretorijs
 diebus accedebant, & peiores inuadebant,
 aliquantum remittebantur, citoq; rursus ex
 intermissione violentius incessebāt diebusq;
 decretorijs multo deteriores reddebantur,
 rigores autem omnibus inordinate, & erra-
 ticè fiebant, paucissimi his minimi, in alijs
 verò febribus maiores, sudores multi, has tā-
 tum aberat, vt recrearent, vt etiam contra
 lēderent, frigebant his multum extremita-
 tes, & vix calor his reuocari poterat, nam
 dormiebant prorsus hi, & rursus comatosi
 erant, ventres omnibus turbati erant, & pra-
 ui, ac multò his passim in quibus verbis ma-
 nifeste patet, hęc omnia illo anno ad vnguē
 adfuisse, & consequenter esse dicendas semi-
 ter-

tertianas, nam non intermitentes erant. & uno die ingrauescentes, vehementissimæ, & longissimæ, hæc enim forma est ipsarum, cū non intermittent, sed continuæ sint, & ingrauescant modo tertiano, uno die subsideant, hæc exacerbatio est ipsius quotidianæ, alio ingrauescentes fuerunt cum exacerbatio sit duplex ex Tertiana & quotidiana ampli. rigores, seu horrores sine ordine, & hoc propter complicationem duarum febrium, nam heri fuit unus, cras duo, & nullus fuit seruat, ardo fuerunt etiam & longissime cū doloribus, & leuiter incipientes, deinde vehementiores ostendendo eorum acutiem & periculum, tantoqua magis quam diebus decretorijs ingrauescebat; eo enim tempore pugnat morbus cum natura, si remaneat debilis malum signum est, sudores multi, sed ledentes potius excretiones turbatae, sed quod maximè exitiosum fuit, neq; dormiebat quidem omnia, & rursum comatosi, & hoc proprium signum est, nam uno die potest afferre peruigilium commota, & effumante bili, altero vero die soporem commota, & effumante pituita, hæc contrarietas fit, quod hi succipi predominantur, itaq; patet quod potius erat semiterianæ magnæ, & pressimæ cum omnia

C supra-

supradicta ad vnguem adfuerunt, ratio vero
huius diuersitatis quare propriam, & deter-
minatam speciem non seruauerunt ex dictis
notum est tam ratione agentis, quam passi,
ratione diuersorum temperamentorum pro-
uenire: addo, & aliam rationem, ut dixit Hipp.
3. aph. 11. inconstantia temporum, inconstantes
morbii generantur, vnde dicimus illa tempo-
ra esse constantia, quando suam propriam
naturam, & temperamentum seruant non mu-
tando, neq; recedendo a suo naturali statu, sed
semper eodem modo a principio usq; in se
se habendo, & rurc quando huiusmodi tem-
pora erint, talia, constantes morbi generan-
tur, è contrario vero dicuntur inconstantia,
& sic fuit illo anno vadè ut vidimus, tā Ver,
quam Hyems Aestas; & Autumnus, suam
propriam, & determinatam naturam nō ha-
buerunt: & propterea inconstantes morbi
geniti fuerunt, cum diuersa genera morboru-
rum generata fuerint: sed obijcies si causa
huius morbi vna præcipua fuit, ut infra di-
cemus, quare postea, tot, diuersosq; effectus
produxit? nam aliquos in diuersis morborū
generibus incidentes vidimus, aliquos in sym-
copen, non nullos in lethargum, & apople-
xiā, & tandem multos in morbum calidū,
& mul-

& multos in morbum frigidum pro quo notandum est, ut omnium Philosophorum auctoritate omne recipiens recipitur per modum recipientis, unde licet sit una causa ramen ratione subiecti quod recipitur, tot diversaque mala fiant, ut quemadmodum sol certam liquefacio, quia sunt partes aereæ lutum indurat quia sunt terreæ, & sic ratione subiecti vnum per se facit, alterum per accidens, sed quod maxima admiratione dignum fuit, quod vnum, idemque met corpus simul, & semel febre ardenti & epilepsia laborauit, & huiusmodi maiorum vnum est calidum, alterum vero frigidum: de hac re etiam mentionem fecit Gal. epid. comment. i. tex. 7. in Historia Hermocratis qui febre ardente correptus fuit, postea vero temporis processu incidit in morbum frigidum, cum comatosus factus fuerit, dat rationem huius rei Gal. in comment. quod mortale, & exitiosum est signum in morbis calidis, morbi frigidi succedant, arguit enim caloris naturalis extinctionem facultatem imbecillem reddendo, qua facta propter ingentem calorem calidum innatum dissoluit, & frigus primitus inducit, & propter hanc etiam rationem apparuerunt pulsus boni, & agri, ad mortem tendebant.

C 2 Dubi-

DUBITATIO ADVERSUS.*Posta. Cap. VI.*

SED hic oritur dubitatio non
spernenda; si enim omnes tales
febres ex genere acutarum fue-

*Dubitatio
maxima
circabuius
febris du-
rationem.*

runt, modo, quod acutum est,
sit citò terminari debet, vt testar-
tur Gal: 6. epid. comment. z. tex. 29: Acut-
os etiā morbos dicimus, quicunq; propria
tempora vsque ad finem velociter pertran-
seunt q; si veritas ita est, quomodo igitur acut-
ies talium morborum vsq; ad sex mēses du-
rauerit? & ego nobilem Moniatem de Ciuitate

*Quedam.
Monialis
que per sex
mensēs fe-
bre labora-*

Nolæ curauit, quæ simili febre pestilen-
ti, & symptomatibus saeuissimis laborauit, &
tamen eius acuties per sex menses durauit
adhibitis debitiss, & oportunitis remedijs san-
itati restituta est, videlicet R. P. Lucam de
Stadio e Societate Iesu, qui eundo Nolam
simul cum alijs Patribus maxima Charitate
illos miseros, tum in confessione, & in alijs
necessarijs succurrendo, in huiusmodi febribus
incidit, semper à principio vsq; ad finē syn-
copizando, & cum predicto symptomate
per tres menses durauit, & virtus adeo deblis
semper erat, ut nullum medicamentum

reci-

rēcipere potuerit: perijt postea & febris tam
men qua laborabat acuta erat, quod autem
hoc sit vērum, pluribus rationibus compro-
batūr manifestum fuit causam eius potissi-
mū bilim putrefactam fuisse, & hanc febrē
ardentem Fecisse, aderant enim semper illa
duo signa pathognomonica sīris, & calor in-
gens, & Gal. & Hipp. 2. Aph. 19. ^{Bilioſi mor-}
semper acutos facit morbos, sed potissima ^{bi ſemper}
etiam in ijs febribus fuit illa igitur ad acutū ^{acuti ex}
Galen. duo requiruntur per Gal. 1. Aph. 23. celeri-
tas morbi, & magnitudo symptomatum, sed
clariū non ne acutum dicitur illud quod
cum periculo terminatur? ut 3. Aph. 10. &
7. Aph. 1. dicebat Gal. (Acutos autē mor-
bos vocari, quorum maximam partē febres
sunt continuae) si ita est, quare tanto tempo-
re durauerunt ut supra dixi? Adiquām du-
bitationem dico quod licet sua natura tales ^{Quæſtiōne}
febres acutae fuerint, & propter rationes al-
latas citò terminari debebant, tamen hoc nō
accidit propter intensum gradum putredini,
& propterea differt a putridis ut s. Epid.
commen. i. tex. 29. per putredini excellen-
tiam, vnde propter hanc venenatam qualis-
tate calor natius cordis destruitur, & par-
tes omnes subtiles fuerunt resolutæ partes
tan-

tatum crassæ remanserunt, quæ frigidæ sunt,
& sic tanto tempore durauerunt quæ veluti
emortuæ sunt quod hoc clarissime confir-
matur per Gal. 3. de præfigitione ex pulsi-
bus cap. 4. in fine capitum dicit loquendo de
huiusmodi febribus. Cor materiam quam
habet frigidam esse. Idem dixit lib. de Mar-
core cap. 5. & ideo tam diu durauerunt, li-
cet ex sui natura ita esse non debebant, ta-
men per accidens illud fuit factum ut simili-
ter accidit in febribus ardentibus nam signum
pathognomonicum est, ut habeant sicutim in-
tentam, & calorem immensum ut 4. in acu-
tis comment. 1. & tamen dicebat Hippoc. 3.
epid. comment. 3. tex. 34. natura febris ar-
dentis comatosi nec cum siti, sic etiam 1.
epid. commen. 2. tex. 78. ubi febres arden-
tes sine siti enumerat: dat rationem Gal. in
comment. quod hoc prouenire potest per
duas causas, vel significat morbum esse solu-
tum, vel facultatis vetriculi destructionem,
addo tertio quod potest esse destillatio quæ
fluit à capite, & in huiusmodi casu tusses sic-
ce fiunt, & quando accidit hoc non dicitur
febris ardens vera sed spuria, & notha.

Harum

HARVM FEBRIVM CAVSAE.

Cap. VII.

SATIS superq; vidimus horum malorum essentiam consonam vero est, vt ad aliud caput trā-seamus : verūm vt clare hoc sciamus scilicet à quibus cau-
fis fuerint generatæ huiusmodi febres , cla-
rissimum hoc patet; si figuram illius Ciuitatis respicimus at si describere illam volo,
hoc superfluum videtur me facere , cuin fa-
tis superq; hoc ab Ambrosio Nolano cap. i.
optimè fuerit delineata , & descripta , credo
æquidem nullum de huiusmodi morbo opti-
mami , & perfectam notitiam habere posse ,
nisi primo talem Auctorem bene perlegat &
pterera illius verba inutile mihi visum fuit
iterum adducere , sufficit tantum vt ex pre-
senti figura ostenditur ipsam inter montes
Vefuium Abellos montes , & colles Gecalę
Vescianique , & Sarui manere atq; terminari
ita vt in medio eorum montium sit , & respe-
ctu illorum sit veluti fentima , & cloaca palu-
ffris propter locum depresso , & in infimo
loco esse , cum circum circa septa circunda-
taq; sit ita vt mirum non sit si postea morbos
pesti-

Descriptio
Capi No-
lani.

pestilentes generat, ut Ambrosius Nolanus testatur lib. 1. cap. 1. cuius verba sunt hæc.

*Morbi cœ
se secundū
Ambroſii
opinione m.* Colles autem Gecalæ: & Vesciani, qui placide ab oriente exurgunt nisi horum lorum pariunt mortalibus, verumtamen nō usquequaq; nota carent, plures enim conualles a tergo quaq; ad Hirpinos vergunt, faciūt quæ pluuias, niuesq; omnes congregant, atq; in imum paulatim exorbent, illa vero loca quæ arenosa pumicosaq; sunt non cretacea etiam in imis collibus sedibus aquam collecta substinere nequeūt; proinde quæ pluuiæ per totam Hyemem in eis vallisbus ingurgitantur, eadem per Campos Nolanos circiter quindecimi cubitos subterraneæ, ac versus occasum ad Paludes usq; penetrant, idq; Februario, Martio, atq; Aprili, vnde putet omnes Vrbis, ac meridionalis præsertim Regionis altiores tum aquas continēt, atq; dulciores, quod Nolani sentientes ajunt aquas filiare, quasi ut equum equus, ita filias aquas aqua pareret, interdum enim cumq; pluuiæ maiores crebrioresq; sunt, aqua campos superat, præsertim eos qui depressiores habet sedes, atq; fluenta plurima paulatim diriguntur versus occasum, item & paludes quæ vero stagnant, atq; in lacunis manet ne Aestate acce-

accidente putrescunt, atq; aerem viciant, morbosq; afferunt grauissimos, sicuti tempestate nostra cōtigit, vidimus enim multos cāpos aqua obrutos, vt lacus altos amplosq; erederes, & flumina plura à Februario vsq; ad Augustum continuè diffluentia multos igitur fontes sub radicibus Gecalæ collis extortos, qui lacus, & fluenta producebant, ac augebant facta, in quibus pisces lacustres, & cancri, & ranes, & anguillæ pluraq; alia, id genus animalia ingenita sunt, Iulio vero febris inuasit omnes incolas aqua, perpauci euasere in Vrbe Nolana, & pagis Nolanis ad octo millia hominum capita ea æstate interiore, fiunt huiusmodi illuuiones nō per omnes campos, sed per mensulam solam quamdam, quæ à radicibus Gecalæ incepta vsque ad Paludes protenditur, media vero versus Vesuuium parum recuruatur, huius mensulae latitudo est ad trecentos passus. obnoxia, his malis sola, & mensula est, quod eius tractus cætero campo pauxillo humidior, ac depresso iacet, neq; crebræ prorumpunt eiusmodi vastæ illuuiones, sed rarissimæ tāquam maxima, etiā mala quoad fieri potest, propelleret, aut differret ipsa natura audiuiimus enim à senioribus septuagesimo anno

D

eas

eas iterum erupisse , atq; sequutam esse pestilentiam , ac interitum plurimorum hominum hoc itaque pacto se habent ea , quæ veluti senticosæ sepes , Nolanum agrum concludunt & quibus ex verbis tanti viri , manifestè patet causa qua illuuiiones fuerunt , quibus aliquando natura ferente per Campos Nolanos erumpentibus , & paulatim exscentibus , pestilentemque morbum ciuibus inferentibus à quo pauci euadere solent , vt retulit , nostra vero ætate non semel tantum anno 1594 . sed etiam 1600 . non sine animi dolore , & non paruo timore prorsus eandem stragem vidimus , eadem causa eodem tempore , ijsdem circumstantijs , & conditionibus sicut scripsit Ambrosius loco citato , sed vt clarius , huiusmodi causa omnibus manifesta sit , publicè , & palam in Sedili Nolanae Ciuitatis hæc in marmore in scripta sūt .

Epitaphium Sedilis Nolani.



V V M verna diluicia in campis tuis Nolane Videris , moras , moras , fuga vita erit si M. D. IIII. ab radicibus Gecalæ motis usq; ad paludes a Porta Viciana-

Viciātia ad quingentos passus versus Veseuū illinc tensa, Hinc lata pīcosa stagna, Nolanoſ ferē omnes febre mala Aestate vno necarint, idem octogēſimo ante anno eueniſſe nouimus.

Sed credo in nullo iam ex præteritis annis tantam perniciem, quanta præſenti anno 1600. extitisse. numerum enim mortuorum certum & determinatum ſcire non poſſu-
mus, cum infinita fuerint, benè hoc ſcimus, multa loca defolata fuiſſe, vt precipue in pago sancti Pauli, ac multis alijs in locis, de
hac re qui nunc reperiuntur testes ſunt, pro
cuius cauſe maiori dignotione, atque intelli-
gentia adhuc vt particularius doctrinam ha-
beamus, ſciendum eſt quod illo anno ſcilicet
Hyems, Ver, & diuidia, Aestas, tota huius-
modi tempora pluuiosa fuerūt, ita vt pluuiæ
per octo mēſes durauerint, vnde credo illos
montes Gecalæ, & omnia illa oppida circū-
uicina multa aquæ quantitate imbibita, re-
pletaque fuerunt, vt quemadmodum dixit
Ambroſius loco citato vſq; ad centrum ter-
ræ penetrando, cum illæ partes arenofę, &
pumicofę ſint cum alijs aquis que ſurgunt
ex alijs puteis miſcendo hinc poſtea tempo-
re Aestatis in tanta quantitate aucta fuit,

D 2 quæ

*Quæ conſi-
tutio pra-
cedat cum
morbi No-
lam inua-
dunt.*

que aqua per puteos postea extrauafabatur,
 & spumam habebat maximam, & per illa loca
 postea morabatur exitum non habendo,
 adueniente postmodum maxima caliditate
 tempore Aestatis fuit putrefacta, atque cor-
 rupta, & sic malam qualitatem in ipso aere
 causauit, vnde nō tantum aer erat mala qua-
 litate pr̄editus, verum etiam & aqua, vt te-
 statur Ambrosius Nolanus cap. 1. & pr̄ser-
 tim illa quæ è puteis manabat, credo etiam
 quod cum intra viscera terre prius fuerit in
 quibus, & minerè, maliq; vapores putridi
 continentur aquis ipsiſ suam malam impref-
 ferunt qualitatem, illa igitur aqua sic putre-
 facta, pr̄sertim ab illis hominibus potata
 quāta mala afferre potuerit, qui scire volue-
 rit, legat Gal. 1. de differētijs febr. 3. & credo
 neminem hoc ignorare, quod autē aqua fue-
 rit, testes sunt loci a nobis supra citati, & cla-
 fissimum fuit signum aquas tales in tam ma-
 gna quantitate fuisse auctas, & vltra hoc in
 aliquibus locis fuit crassa in aliquibus tepida
 in alijs spumosa, & viridis, ita vt ranas, multos
 pisces, & multa alia animalia, que generari
 solēt ex putri materia generauerit, sicut ad
 vnguem tempore Ambrosij, vt scriptum re-
 liquit cap. 1. statuamus igitur harum febriū
 pesti-

*Causa pra-
ue quali-
tatis in a-
quis No-
lanis.*

*Signa cor-
ruptæ a-
qua.*

pestilentialium duas fuisse causas, aqua primo per illa loca putrefacta, Secundo vero aer ex illa caufatus quod autem aqua possit cauare pestem, testis est Hippocrates 2. de natura humana lib. 3. & lib. de flatibus & 1. epid. & 2. epid. comment. 3. quod s̄apē accidit pestis ex mala victus ratione, & pr̄ser-tim ex aqua, & cibis, & sic manifeste patet, quod non solum ex aere sed etiam ex cibis huiusmodi feb̄es pestilentiales fieri solent, & hæ potius dicuntur putridæ pestilentiales, & impropiè pestis, has etiā duas causas tradit Gal. 1. de differentijs febrium cap. 4. vbi dicit quod prima est aer vitiatus putridus per aerem enim inspiramus? altera vero sunt vitiosi humores ex illa aqua corrupti, & putrefacti quæ non tantum homines infecit, verum etiam, & aerem ambiētem, ex illis enim lacubus, & paludibus euaporatio putrida facta fuit, quae caliditate, & humiditate infecit, & Gal. 1. de temperamentis cap. 4. exclamabat, quando aeris constitutio ad caliditatem, & humiditatem intensam conuersa fuerit, pestilentiam sequi necesse est, sicut ad vnguem illo anno euenisse neminem laetet.

*Aer etiam
inquinatus
ex aquis.*

De

**DE AQUA QVOMODO HAS
febres caufauerit. Cap. IX.**



E D. vt dilucidiūs hoc apparet scire oportet primo iplius aquæ naturam, & eius differencias, vt postea quando est præter naturam cognoscamus, notandum est pro conseruatione nostri corporis, naturam ipsam, cibum, & potū instituisse, nam cum calor innatus perpetuo nostrum humidum consumat, & in halitum resoluat propter suam maximam actiuitatē, propterea ad eius reparationem per alimenta subsidium habemus, hoc autem est per cibū quādō quidēm quod depēditum est restauratur: at quoniam cibus per loca valde angusta, vt sunt meseraicē venæ transire debebat, & propter sui crassitiem id fieri non potest, ideo natura pro vehiculo potum distribuit, qui cum cibo permiscetur, ilhūq; maxime fluidum reddit: huius generis est aqua, cum sit corpus fluxile, vt testatur Arist. 3. lib. probl. 3. 14. quod autem non nutrit testis est Gal. lib. 4. Aph. 13. *[Aqua vero neq; epota,* neq; extrinsecus adueniens potest de sui natura solidas animantis partes humectare, & sic

*Quid pro-
fit viuenti
potus.*

frē aquā ingrediens corpus hostrum est potus, & medicamentū, vt Gal. i. de simplicium medicamentorum facultatibus cap. 3. est pōtū cūm sit vehiculum alimēti, vt Hip. lib. de humidorum ysu ad quod officium nō quælibet aqua apta censetur, vt in differētijs dicemus, aquæ igitur natura, teste omnium Medicorum, & philosophatiū schola, excepta Thelesiana secta, frigida est, & humida, vt ex tactu cognoscitur, verum quia multe sunt aquarum differentiæ, vt ex Hip. lib. Teleſius nō dixit aquā esse calidā ad nos cōde aere, & aquis, & Gal. i. de Sanitate tuerīda cap. 2. & i. de simplicium medicamento-rum facultatibus per totum, & tertio de vi-ctus ratione 4o prima differentia dicitur pu-tealis quæ è puteis emergit, & hæc aliquan-do crassior solet esse, & faporis alicuius par-ticeps, secunda est pluialis quæ in Cisternis continetur, Tertia dicitur fluialis, & hæc etiam solet multis admisceri rebus, Quarta dicitur stagnalis, & hæc crassa valde est, Quinta dicitur glacialis, sed multas exhalatio-nes admisitas continet sibi, Sexta omnium fontium purissima & faporis expers est, & precipue quæ vergit versus orientem, & per lapillos pertransit, quæ nam vero sit aquarū optima in dubium vertutur Gal. i. de Sanitate tuen-

Aquarum
differētia.

Teleſius nō
dixit aquā
esse calidā
ad nos cō
paratam,
sed simpli
citer.

tuenda cap. 2. ait illam esse optimam quę omnis qualitatis exp̄ers est, ita vt nō sit nec crassa, nec amara, nec falsa, nec acida, nec alterius saporis, nec turbida, sed quę pura sit tenuis, leuis, & saporis omnis exp̄ers, sic etiam Hipp.

Conditiones optime aquae ex Hippocr.

5. Aph. 26. illam esse optimam, quę citò ea, lefit, & citò refrigeratur, quia hęc tenuis, leuissimaq; est, & hęc iure optimo aqua fontium pura existit omnium optima, & primo cognoscitur ex sensibus omnibus vt ex Gal. 1. de Sanitate tuenda cap. 4. quę debet esse clara, lucida nullum colorem habens, nulumq; etiā debet habere sapore, ex tactu vero illa optima, quę leuis est, hyberno tēpore calida, & estiuo ppter Antiparistasim frigida sit verūm si sunt alię aquę pr̄ter has ab Auctōribus laudatę, quas dicunt esse bonas, vt testatur Hippoc. in lib. de aere, & Gal. 2. de compositione medicamentorum per loca 1. & 2. de alimentorum facultatibus cap. 4. respectuē aliarum aquarum, quae non sunt ita bonae, & optimè loquuti sunt, at quoniam quando reperitur aqua, omnes pr̄dictas cōditiones habens; hęc optima dici debet, & debet accipi, vt non multūn sit frigida, nec admodū in vētriculo hepate, alijsq; partibus moretur, sed citò Hippocundria pertransire, debet;

debet, & hæc tam à sanis, quam ab ægris bibi
necessæ est, vt aqua Puteolana, cuius laudes,
vt breuitati cōsulam prætermitto, sed si for-
te accidit quod crassa sit, cū alicuius rei ad-
mitione, & habeat operationes contrarias
vt supra, nulli dubium est, quod corpus no-
strum alterat, & corruptit, tales fuisse vidé-
tur hoc anno aquæ Nolanae, quæ propter
maximam abundantiam à cœlo transmissam
intra terram adeo pessimæ factæ sunt, & hoc
duplici via. Primo prauā, & venenosam qua-
litatem ab aliqua minera, quæ in ipsa terra
erat, habuerunt, sicq; credo aliquid veneni
habuisse, quod manifestum fuit ex colorum
diuersitate in illis apparentium, vt illius Ci-
uitatis homines dixerunt, Secundo qualitatē
malam manifestam, nam propter copiam in
illis locis palustribus, & stagnis corruptis, in-
gentem putrefactionem fuisse factam affir-
mo, quæ postea per viscera ipsius terræ in
puteis illis omnibus cōmunicata fuit, & de-
niq; potata & bibita corruptelam maximam
in omnibus humoribus fuisse factam, non est
dubitandum, quæ communicata cordi, non
tantum per potum, quantum etiam existen-
te aeris maxima caliditate vapores mali sur-
sum elati fuerint, & sic aerem infecerunt, qui

*Vnde No-
lana aqua
prauitati
fortitæ sint.*

E postea

postea per inspirationem , & respirationem illorum corporum substantiam destruxit , atq; harum febrium pestilentialiū causa fuit, vt locis supracitatis ostensum est, rationibus experientiaq; exactè comprobatum , itaque concludendū est quod nō solum ex aere, sed ex aqua alijsq; causis, orti sunt hi morbi licet ita communes , vt aer , non sint vt Gal. in 1. epid.hoc declarat causare pestilentiam, licet non per se , sed quatenus à partibus infernis aerem communicat namq; ab aqua illa corrupta , quæ postea febrem pestilentialē causat improprie, sed verius loquendo dicuntur putridæ pestilentiales .

DE AERE QVOMODO HARVM
febrium in causa extiterit. Cap. X.



ATIS admodum demonstratum videtur quomodo aqua in causa fuerit illorum morborum remanet iam dicendum sic quoq; de aere , vt etiam refert in illo tempore Ambrosius Nolanus lib.suo 1.cap.1.(quæ vero ait stagnant, atq; in lacunis manent Aestate accedente putrefuscunt, atq; aerem vitiant morbosq; afferunt grauisfimos,

simos) & hoc rationabiliter certè , hæc enim pestilentiam faciendam principalissima causa est, vt dicebat Hip.lib.de flatibus (Communissima , & vniuersalissima causa potest fieri febris scilicet ab aere) sed nō ita ab aqua vt 1.de morbis vulgaribus, & lib.de boni, & mali succi cap. 4. ex putredine enim aeris contagium , & febres pestilentiales fiunt , vt 5.epid.3.Aph. 16. asserebat existente caliditate , & humiditate febres pestilentiales generari quando putreficit aer, vel superne, vel inferne, & precipue fuit ab aqua illa putrefacta superne a syderum aspectu , nam illo anno dicebant Astrologi Lunam prædominari non immerito postea constitutio pluuiosa, & aquarum multa inundatio , præfertim tempore Hyemis , & Veris sequuta fuit ; & propterea propter tātam humiditatem cum caliditate maxima associata , tot tantaq; mala genita fuerūt, & licet hic casus noster videatur nouus, & recens, tamē antiquissimus fuit, vt supra ostensum est , & similis ad vnguem legitur apud Platinam de Vita Pontificum anno 1448. & 1447. propter maximam inundationem aquarum causatam ex pluuijs maximis tempore hyberno, & Veris, Romæ pestem sequutam fuisse , quę omnes Roma-

E 2 nos

nos quasi necauit simul , & Bonifatium IIII.
 Pontificē, sed vt clarius hoc appareat, scien-
 dum est inter cæteras res nō naturales à Me-
 dicis consideratas, aeris constitutionem vni-
 uersalissimam, & necessariam valde esse nam
 sine ipso nec per breuissimum quidem tem-
 poris spatium viuere possumus, vt exclama-
 bat Arist. quando dicebat impossibile est vi-
 uentem non respirare, & respirantem non vi-
 uere , cum aer ipse immediate cor per inspi-
 rationem attingat , in qua vita consistit vnde
 fit , vt sanitatem conseruare non possimus;
 nec morbos expellere sine aere & s. epid.
 comm. 5 .tex. 20 .in longis morbis vertere so-
 lem, & 9 .Meth. 14 .Aegroti enim per muta-
 tionem aeris sanantur, & idem Hipp. scripsit
 libros de aere , aquis , & locis iubens quod
 quando in aliquam Ciuitatem ingredimur
 primò videndum est, quis nam aer fit, & pro-
 pterea pro tuenda valetudine aer debet esse
 bene temperatus, purus, lucidus sine vaporis
 bus putridis, & nebulosis, nam si contrarium
 est, tunc putridæ illæ exhalationes, & vapo-
 res, spiritus cordis corrumpunt, ex quorum
 corruptione mors statim contingit, vt mani-
 feste patet in Agnano prope Neapolim, in
 quo quando ponitur canis viuus , statim ele-
 uatur

*Aeris boni
cōditiones.*

uatur vapor putridus, quo per respirationem cordis canis inficitur, & corruptitur & sic si diu maneat, moritur; & propterea aer eligendus est qui nullo anni tempore ab aliquo re putrida inficiatur corruptatur, nec alteretur per contrarium temperamentū, ideoq; bene dicebat Gal. 3. art. Medic. 10. quod potest plus alterare solus aér, quam ceteræ res non naturales, & Hip. lib. de flatibus; omnes morbos ab aere fieri afferit.

QVOT MODIS ALTERATVR Aer. Cap. XI.

SE D. ut ubiorem doctrinam habeamus de aeris alteratione, sciendum est multis modis aerē posse alterari, ut apud Authores legimus 2. de natura humana primo de Sanitate tuenda 12. meth. & 3. Aph. & sexcentis alijs in locis, primo enim ab ipfius solis qualitatibus alterari potest, quādō calefacit, frigefacit humectat, & exiccat, dummodo sit cōtrarius sano; & propriū innatum temperamentū in illis quatuor qualitatibus alget ut v.g. in bilio si temperamentū si aer nimis calidus est, auger illud, & sic dicen-

Primus
modus al-
terationis
aeris.

Modus alter aeris alterati.

dicendum est de alijs, Secundo alteratur aer per coinquationem, quando adsunt maculae, & inquinamenta a locis palustribus putrefactis causata, vt sumus in casu nostro, & in Ciuitate Nolana & ex huiusmodi re febres pestilentiales fiunt, vt secundo de natura humana cap. 4. Ultimo modo alterari potest a tota substantia, vt Gal. 1. epid. comment. 1.

Tertius modus alterati aeris.

tex. 8. quando dicit alteratur aer a cœlo, & ab influxionibus ergo totam substantiam debemus intelligere, & est quando formā præter naturām occultam acquirit, vt fuit morbus illæ epidemialis catharralis, fuit enim causatus a natura occulta huius aeris scilicet a cœlo, cum per Vniuersum orbem serpens omnes ferè mortales vexauerit, sed vt ad particularia descendamus videndum est a quibus causis alteretur declarat hanc difficul-

Quot causa alterent aerē ex Gal.

tatem Gal. 9. metho. 14. & 11. Primo dicit enim a tribus causis aerem alterari, Primo a regionibus, Secundo ab anni temporibus, Tertio a constitutionibus aeri cœli, vt idem Gal. 3. epid. 3. in principio dicitur constitutio aeris, & temperamentum aeri insitum est, atq; secundum has varias cōstitutiones fiunt morbi epidemiales de quibus Hipp. 3. Aph.

pér totum, licet Auicen. lib. 1. fen. 2. tract. 1,

cap.

cap. 3. reducat ad meliorem methodum scilicet ad causas naturales nō naturales, & præter naturam, sed vtrumq; sequamur, Primo alteratur aer a rebus naturalibus p quatuor anni tempora, verū quia vt hæc sciamus notandum est diuerso modo numerari secundū Astrologos, diuerso modo secundum Medicos, Astrologi enim diuidunt secūdum quatuor partes anni per tres menses, & secundū motum ipsius solis in circulo zodiaci, in quo cum duodecim describantur signa, Aries, videlicet Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornius, Aquarius, Piscis, quæ duodecim correspondentib; mensibus, ac quatuor quadræ seu puncta principalia assignantur, & ita sunt quatuor tempora illis correspondentia, quæ sunt duo solstitialia, & duo aequinoctialia, vnde cū Sol moueatur in illo circulo zodiaci modo in hoc punto, modo in alio, in quatuor anni partibus mouetur, pro ratione, & diuersitate motus sui, (sed quæres, quare autem a signo Arietis Zodiacus incipiat cum varij, varias afferant rationes, & hoc remotum sit à meo instituto, vna, vel altera ratione assignata, meum prosequar propositum, in primis id factum creditur, quia tūc incipit tempus accom-

*Partitio
anni secundū
Astrologos
et Medicos*

commodatissimum generationibus rerū eo,
siquidem tempore omnia virescere, & flore-
re incipiunt, vel potius, & forte est potissima
doctorum ratio, quia verisimile est mundum

Quo anni esse fabricatum Sole tenente primum pun-
tempore ra ctum Arietis, & eo tempore precepit Deus,
tioni confon- vñ anni initium sumeretur, Paschaq; celebra-
num sit suis se mundum retur, hoc etiam mēse Christus Dominus in-
confitutū. carnatus est, pro nobis mortuus & ad iudicā-
dum venerit) sed iam ad nostra veniamus, pri-
mus punctus huius circuli est punctus Arie-
tis, in quo quando Sol est, calor moderatus
est, & tunc tempus est vnum, quod Ver dici-
tur, & hoc est primum æquinoctium Vernū,
& est quando Sol ingreditur primum punctū
Arietis, & est a 21. Martij, & extenditur per
tres Menses, postea vero Sol incipit esse in
puncto Cancri, & hæc est secunda quadra
zodiaci, & est a 22. Iunij, & fit tunc primum
solstitium Aestuum, & tūc calor incipit esse
acris, & mordax, & fit Aestas, & sic extendit
per tres alios menses, postea incipit esse in si-
gno librę, & hæc est tertia quadra, & est a 23.
Septembris, & incipit Autumnus, & est æqui-
noctium Autumnale & tunc calor nō est ita
intensus, vt fuit postea vero per tres alios
menses incipit esse in primo puncto Capri-
corni,

cornij, & tunc est Hyems, & durat usque ad
 principium Veris & est a 22. Decembri,
 quando fit solsticium hybernorum usq; ad 2. d.
 Martij, & haec secundum Astrologos quatuor
 sunt tempora anni. At secundum Medicos
 alio modo humefantur, ut fuerunt Hippo &
 Galen. Aphrodisius, & in epid' comment. i.
 tex. i. non omnia e hiis partem anni tres mea-
 ses continet, cum Hyems, & Aestas sint ter-
 pora bene longa, Ver & Autumus brevia
 & idcirco primum per occasum syderum non
 permanent, cum doctrinam apud omnes get
 gionem eadem dobat solleuti. Hippo & Prog.
 & scilicet per Regiomontem frigidam, per
 givem calidam quod huiusmodi non est rei
 gla. Astralogramma non insimilium re-
 gionibus verificatur, ut intelligenti patet, &
 propterea Medicus nostri quatuor tempora
 anni secundum ortus & occasum syderum
 scilicet Pleiadum diuidunt, atque haec regula
 per Universum orbem valet, & sic dicunt
 quod Ver est a 22. Martij, & durat usq; ad
 2. Iunij, & tunc usq; ad 2. d. Martij, & tunc
 usq; ad totum Pleiadum, id est Vergilia-
 rum stellarum, & haec discuntur simul cum
 Sole, & est in die Maij, & hoc tantum tem-
 pus est Vier postea vero incipiunt horae pleia-
 des stellarum sole, & tunc incipit Aestas, &
 sunt

Quatuor
 tempora p
 Medicos.

Mant autem illæ stellæ in dorso Tauri, & est a
 10. die Maij, usq; ad 10. diem Septembris, &
 durat per quatuor menses usq; ad ortum Ar-
 turi, quando vero oritur Arturus usq; ad de-
 casum Pleiadum incipit Autumus, & est a
 10. die Septembris usq; ad 10. diem Noue-
 bris, ac hæc stellæ oritur circa Aequinoctium
 Autumnale postea occidunt Pleiades, & est
 eorum occasus a 10. die Novembris usq; ad
 2. diem Martij. Et Hymenæus tempus bre-
 uel longum existit hoc est duplo temporum
 secundum Medicos sicut Gal. 1. epist. coni-
 g. dividat Aestivum & Hydrem in multis
 alias partes, sicut vero ad propositum nostrum
 non faciam identio præceptum, in anno dñe
 sequens, existit enim annus in multis diversis
 sunt tempora, & consequenter alteratio in
 aere fit, nam Vere est calidum, & humidum,
 dixit Gal. iudiciora humana coniug. licet
 contrarium dixerat primo de temperamen-
 tis cap. 4. ubi ad longum probat quod in ca-
 lido, & humido generantur febres modo in
 Vere, & in illo tempore non est hoc ergo, ad
 quod sic respondet duplice esse calidam
 tem, unam naturalem alteram ascitiam, na-
 turalis nullo modo patre divinitate genera-
 ta, sed de hac loquutus est Hipp. Bedevius dicit
 ascitia,

tas, advenientibus enim pluviis in aestate se
bees generantur. Vide Ver temperamentum di-
ci debet, & non calidum nec humidum, cali-
ditate aequaliter, sed bene caliditate, & humi-
ditate naturali. Autumus frigidus, & sic eius
esse debet, ut Gal. 3. Aphrodisias, & 22. &
Hippocrat. de natura humaha 35. Verum est ma-
xima contradictione nam contrarium dixit 3.
Aph. 4. & 21 de temperamento Quarto dicunt
quod ad moderatum vergit, ratiocinus est
quod variatur ad Aestatem, & ad Hyemem
moderatum esse debet, sic est Autumus ad
Aestatem, & ad Hyemem sic enim transitus
Amplius omnis mutatio in aere sic ratione
solis sed tunc sole que a nobis distat, quando
est in Vero, & in Autumno ergo idem tem-
peramentum debet esse. Haec difficultates ab
Avicenna ponuntur lib. 1. sententia tract. 3. capi-
t. sufficit tantum scire prout haec opinio est
Autumnus frigidus, & siccum esse, verum
non hoc tempus ad tria comparari posse; ad
Aestatem ad Hyemem, & ad naturam me-
diam. Si vero ad Hyemem comparetur, tunc
temperatura est, si vero ad naturam medium
sollicitus ad Vero est distemperatus quia infane
frigescit, sero calidus, ratio est quod est tonre
facile impressionem recipit factus est ne quis

Dubitatio
de tempera-
mento Au-
tumno.

estimo

*Ratio in-
equal. au-
tunni.*

Aurum in autem Aestate ideo datur in esti manu frigidus sero calidus, & Gal. 3. Aph. 4 quod modo calor est modo frigus, si vero compariatur ad Aestatem est frigidus & porro haec pariter respondit ad argumenta ad illud tantum vero respondere quod aequaliter distat Aestatem loc. cit. dicit quod Aurum in esti temperatus in qualitatibus actinis solis passus est secundus in Vero aribus id quod videlicet dico. neque porta aribo secundum variationem solis & aeris varians sit, quia Aestates esti facilius propter præcedentem Aestatem, & hæc fructus cum ab Aestate facta sit, non potest, nisi frigida suratione hæc yemis, & sic non in intercessione quæ docet argumentum in concilio debat, quod deinde sequitur distat, Aestas vero significanda, & sic quia sol magis vicinus esti hæc; Id yemis vero frigidus, & humidus, ut patet, haec igitur sunt causæ naturales, secundum in tempore in tempore ramenta, quæ mutationes temporales dicuntur, & hoc propter Periodum & circulum Solis, aerem alterant. Secunda causa est horum

*Quales re-
giones qua-
lia efficiant
aeris tem-
per.*

naturalis, & sunt Regiones, & I. ipse aqua & locis verba se citant si est versus Acqua noctisalem, ergo Regis balausta, Milverius Se- ptentrionalis, ergo frigida amplius, Regio que est in montibus & in media Regioni tenui- matis. s. I. omnes

omnes frigidæ sunt, quæ sunt longæ, sunt calidæ, sic est in locis planis ergo calida, si caret aqua sicca est, si abundat ergo humida; & sic mutari potest aer ab huiusmodi humiditate, nam vapores diuersi, vel ex paludibus, vel ex aqua corruptis ascendere possunt, & sic aer alteratur, hæ omnes sunt cause non naturales, ut Gal. 9. metho. i. 4. Tertia vero causa est præter naturam, vt est constitutio Austeræ, & aliae ratione ventorum, sunt & aliae alterationes à tota substantia, vi sunt corruptiones aeris, & multos morbos parit, de quibus Gal. loco citato quando scilicet aer acquirit ingérem gradum putredinis, & sic calor, & humidus ascitus, ab huiusmodi viso calidate, & humiditate ascititia febres pestilentiales pestesq; omnes generantur, ve Gal. i. de temperamentis cap. 4, primo de differenti febri. cap. 4. 6. Epid. com. 1. tex. 29. & 3. Epid. 3. & 23. nec obstat dicere aerem non purum esse, cum non sit mixtus, & sic etiam dicebat Arist. 23. probl. 14. cum sit propè igne dico verum esse aerem non purum Soluitur
difficultas.

quando purus est, quia non est verum mixtum, & non est vera putredo, cum sicutum in humiditate proprium sit, & est secundum coinqinationem, & quando impurus immixtus est, est aliquis

aliquis vapor, tunc putredicit secundum partem, quatenus id quod extensum est secundum substantiam corrumpitur, ut manifestum fuit de quibusdam hominibus, qui vix per horam steterunt & mortui sunt, cum fusca causata infectio ex aere illo ab aqua putrefacta ut Gal. i. de differentijs febr. 4. & ad Arist. dico quod loquutus est de tertia Regione aeris, quæ non potest putredicere cum ab igne illa humiditatem consumante refractus sit, & hæc est ultima regio igni propinquæ.

Diluitur alia diffi- cultas.

Sed iterum dices putredo hæc aeris a causa manifesta, an ab occultâ prouenit, circa hoc negotium multa essem dicturus, verum ut dixi hæc nō sibi tempus spectacula poscit licet Fernelius 2. de abditis rerū causis cap. 1. & Mercurialis cap. 5. de Peste, & Petr. Sall. cap. i 1. & alijs tenet fieri pestem a causa occultâ, ita ut aer causet pestem non inficiendo nos mala qualitate, sed occultâ, & abscondita ab ipso Cœlo recepta, ut eorum rationes apud eos videre est, nā ego, ut dixi nō Theoriam, sed Praxim profiteor ideoq; sufficit tantum scire, prout mea sententia est fieri pestem, & febres pestilentiales ex ingenti aeris putredine, quæ venenositas quedā est in ipso aere, secundum vapores, quilibet reperiantur, vnde

vnde vapores illi (adeo) venenati propter maximam putredinem contractam ab aquis illis putrefactis, & corruptis facti sunt siveque tot mala fecerunt quare concludere possumus quod quando tempora suam proportionem non seruant merito, vt Hyems austrina, & Ver, pluviosum Aestas, & Autumus humidus, tunc haec mutationes excedentes putredinem maximam, & consequenter febres pestilentiales faciunt, atq; generant, nā quando calidum naturale ab humido vincitur, tūc cinqūatāpo, & putrefactio fit, vnde aer eup vapores humidos à terra per continuas aquas a Cœlo transmissas receperit, vt supra diximus, sic putrefactit nam propter cōmixtos vapores, & qualitates putrefacientes mutatio existit, & tunc maior, ac frequens putredo generari potest sicut fuit in Nolana Civitate, Regio enim est in qua multæ, & frequentes evaporationes calidæ & humidæ fiunt, & eo tempore maior est mutatio aeris ad putredinem tendens, vt ex situ eius apparet, manet enim ferè tota mōtibus circumfēpta, & toto anno nocturno, ac matutino tempore nebula ac vaporibus cooperta cernitur, quare p̄trem cūm aer ille tum à causis naturalibus, quam non naturalibus, & p̄tet natst̄i

Quam ob
causam aer
Nolanae
putruerit.

turam

turam in alienam naturam, præsertim ab extrinseco a vaporibus corruptis a terra, & locis illis palustribus elatis mutatus fuerit tanta corruptela in illo aere facta, vt mirum nō fuerit postea si in causa tot generentur morbi, quod autem hoc sit verum non tantum aquam, sed etiam aerem potissimum in causa fuisse contra aliquos Medicos qui hoc negauerunt, manifestum patet ex eo tatum, quod huiusmodi malis, & contagio aliae regiones, & oppida circumiacina etiam salubris & optimi aeris contaminata sunt, qualia sunt Vesuvium Varra suburbia Neapolis, quod quidem maximum huic Regno nostro metum;

*N*ox *terras* *terroremq; intulit*, cum ferè quatraginta capitum milia perierint, ita vt Dei Opt: Max: *morbis bis.* ob nostra scelera, & peccata, flagellum vide-

retur, qua de re, iure quidem optimo factum

*D*omi *Ferd*: est, vt quæ nunquā Illusterrimi & Excel-
nādi à Ca-
sbro Illust. lentiſſimi nostri Proregis interna pietas latuit,

atq; Excel & cura immensusq; amor, quo Regnum istud
lentiſſimi prosequutus est, omnibus in tali permicie pa-

Proregis teret, manibusq; pertrectaretur quando quidem Septem Neapolis patronorū Capitæ &
Neapoli- *tani Regni* pietas.

miraculosissimum Beati Iamparij in Ampulla contentum sanguinem publicis supplicationibus, & magna vniuersi Populi deuotione ipse

ipse Excellētissimus & Religiosissimus Princeps multo cū in ipsius Ciuitatis procerum cunctorumq; officialium, in sequentium numerosique Populi comitatu exornatus est, quin, & Illusterrimus; & Reuerendissimus Cardinalis Amplissimus Geraldus Nostræ Ciuitatis Archiepiscopus, & totius g̃rægis Pastor Vigilantissimus, vel in longinqua Regione absens corpore, præsens tamen animo pro sua innata prudētia, ac sollicitudine huiusmodi pestilentia, tantoq; mālo obuiare cupiens, atq; a suo grege propellere, ne longius serperet & cū optime intelligeret præcipuum in huiusmodi malis esse remedium, si ad Diuinum, supernumq; recurramus auxilium, Diuorū patrocinū in præcipuis huius fidelissimæ Vrbis sacris edibus orationē perpetuam fieri, atq; præces in posterum ad ipsum Deum fundi præcepit diebus singulis, ad iustum Dei iram placandam indictis etiā Litanijs ab Ecclesiasticis viris quotidie recitandis quibus omnibus, Dei auxilio lanxacte peractis huiusmodi perniciei pestilētisq; illuisionis exitus evanescere vīsus testis.

Illustriſſimi atq; Reuerendissimi Cardinalis Geraldis pīo ac sacrūn. statū, pro auertenda pestilentiā.

QVARE NEAPOLIS AB ILLIS

Morbis Pestilentialibus praeferuata fuerit. Cap. XII.

SE DI fuit mihi à nobilissimo viro mota dubitatio, quæ nam causa extiterit, quare non infecit illud cōtagium Neapolim, quippe quæ non longè distet à Nolana Ciuitate nemurū duodecim millibus passuum tantum & eomagis, quanto aquā plu-
ribus in locis Neapolis aucta fuisse vidimus,
ut in Monasterio Sancti Petri ad Aram, & in
platea dicta, ortus Comitis, Responseño

*Quibus de causis illae-
sacextiorit
Verba Nea-
politana.*

dedi quod propter multas causas hæc Vtbs: infecta non fecerit; Prima fuit voluntas Diui-
na, quæ præseruauit hanc Ciuitatem in exitio-

Beatae Dieiparæ Mariæ Virginis de Constan-
tinopoli, ac etiam Dni Januarij, aliorumq;
Sanctorum; Altera vero causa fuit, quia in
hac Ciuitate, cum plena populo sis, & insu-
merabilium hominum capita adfuerint, quib[us]

*Quam ob-
causa Nea-
polis pesti-
lētibus illis
passionibus in domibus fit illa pars aeris purificata exti-
nō labora-
uerit.*

vt iij q̄tib[us] annone Ciuitatis cura in cus-
bit assertum), plusquam trecenta milia numeri
rantur, propter maximum igitur ignem, qui
tit, atq; ex consequenti totum nostrū Emis-
phe-

pteriu. Et vero veritas sit non ne pestis magis iam elapsis annis Venetias, aliasq; Ciuitates, oppidaq; circuicinæ infecit excepto Muriano? & hoc cù ibi fornaces ignitæ semper existant, sunt enim ibi vasæ christallina ab illa lue immune, illesumq; remansum existit, atq; hæc nostræ ætatis pestilentia (vt omnibus manifestum fuit) Nodam, Palmam, Vesuvium, Nuceriam, Sanctum Severinum per omnes alias circumiacentes Ciuitates, oppidaq; græsata sunt prater in Camisi, & Giurani oppida in quibus etiam cum ibi fornaces ardentes continuè reperiatur, sunt enim omnia vasæ fictilia, ab illo contagio intacta evaserunt, vt nullus nec infirmatus, nec peremptus sit. Sed de hac resi Hippocratis, & Galeni authoritates, rationesq; adducere velle prolixus essem, atq; frustra tererē tempus. Addo, & aliam rationem, aquam nostram inter omnes optimam esse, non stagnalem, non in lacunis manere, neq; villa alia re contaminatam esse, vnde, & si aliquid adsit mali, tamen propter longum iter per quod defuit, à re putrida, immunem, illesamq; remanere hæc igitur sunt rationes quare nostra Ciuitas ab illis malis præseruata fuerit.

**COMPARATIO NOSTRAE
constitutionis cum illa qua tempestate
Hipp. fuit.** Cap. XIII.

HANC similem cōstitutionem ad vnguē legimus apud Hipp. primo epid. comoz. in prima illa tempestate, ybi quā sue- rūnt in illo tēpore tam in con- stitutione, quam in symptomatibus, eadem quoq; apud nos dixit enim (quod illo anno Autunno, & subuergiliis pluviæ erant mul- tæ continentes lenes, ut cum spirat Auster, Quæ fuerit constitutio ex Hipp. Hyems Austrina parui vīti Aquilonij squal- lores omnino similes Veris. Hyems fuit. Ver Austrinum frigidū paruæ pluviæ Aestas fe- rē erat tota nebulosa, nihil pluit, etesiæ par- uæ paucæ sparsim spirauerunt cum aer esset totus hic status Austrinus, & cum squallo- ribus enumerat morbos, qui eo tēpore gra- sati fuerint, præsertim Aestate sequitur di- cens, At vero Aestate iam, & Autumno febres multæ continuæ non vehementes, diù quidem tenebant ægrotos qui cætera minus incommode habebant, Plurimi erat aliuus turbata sine molestia tamen, & propterea nihil offendebat Vrina, & plurium quidem colo-

colorum erat, & pura sed tenuis, & post tē-
pus circa iudicationem concocta, non valdē
tussiebant, neque difficultatē quæ tussi ex-
creabantur, præbebant, nec solum cibum
non fastidiebant, sed etiam valdē licebat of-
ferre, in summa qui tabescerant, leuiuscule
ægrotabant non more tabescentium à febri-
bus horrificis, parum exsudantes, alias alij,
vt quos inuaderēt febres erraticæ, & in sum-
ma quos nunquam febres relinquenter, sed
inuaderent more febris tertianæ naturam re-
frenantis, Iudicabantur autem quibus inter
hos breuissimi essent circa vigesimum diem
plurimis circa quadragesimum, multis circa
octuagesimum, nō nu·lis nec sic quidem, sed
erraticè, & citra iudicationem deserebant,
quorum plurimi non diu à febre intermissi
reperiebantur, atque iij à recidiua ijsdem cir-
cuitibus iudicabantur multis vero sic pro-
ducebantur, vt sub Hyemem languerent)
lūce igitur clarus, per hæc verba manifeste
apparet illam tempestatem anno nostro simi-
lem esse, nam non ne Antumno usque ad Parte par-
occasum Pleiadum quod occidit circa initiu·ti confert
Nouēbris semper fuerunt aquæ multæ con- tempestatis
tinētes? & molles propter Austrum flantem Hipp. &
ed tempore non ne totus Hyems etiam fuit Nolane.
Austri-

Austrinus, pauci venti aquilonares, squallores, & tandem fuit Hyems totus, quale Ver, licet in maiori parte de Vere, nonne fuit Austrinum, frigidum, & pluviæ ac Aestas plena nubibus, neq; in pluviis cōcrescebāt, Etesia paruę disparsim spirabāt scilicet paucis diebus, & non vehementer; & slabant sparsim videlicet, nunc in hac parte, nunc in illa, & circa morbos, nonne maximam proportionem habuit, cum febres continuæ non vehementes longæ fuerint ægrotantibus, & alia symptomata decantata adfuerunt, & circa Indicationē quoque Hōrum omnium causa fuit constitutio illa Austrina, pluviosa, calida, & humida, similes etiam morbos insalubiores, & lœthaleſ recitat in 3. Aph. 16. (morbi per assiduos imbræ magna ex parte fiunt febres longæ, Alui deiectiones, putredines epilepsię apoplexię Anginę) igitur patet omnes hos morbos hoc anno accidisse causa cum fuerit aer ille putrefactus & aqua illa corrupta, & Gal. 1. de differentijs febrium cap. 4 .subitò per inspirationem ad cor peruenit, at quoniam corpora multa copia crudis succi, & semiputridi propter illam aquam mala qualitate præditam, vt dicebat Gal. lib. de bonis cibis, & malis succi, & primq; de ali-
men-

mentorum facultatibus repletā erant, non tantum hoc verum etiam propter præcedentem humiditatem tempore Hyemis corpora diffablia non facta fuerint, adueniente postmodum Aestate auctus fuit calor atque consequenter copia bilis, & sic fuit facta putredo adiuta à vapore putrido in ipso aere, omnibus corporis humoribus infixis, & præsertim symmetriam cordis destruendo, ingētem gradum putredinis inducendo, ac febres pestilentiales, & pestilentiam illam causauit, eadē, & causa fuit, ut tot diuersaq; symptoma genita sint, & Primo dolor ille capit is ex vaporibus illis calidi sputrefactis sursum petentibus distendendo illius membranam, solutionem continui faciendo causatus erat, si membranas cerebri inflammabat, contrahendo in se materiam calidam, & siccam, ita ut impacta sit in substantia cōrebri, phrenesim faciebat, si mordicando, & stimulando, Vigiliam, & si ab eadem causa multitudo vaporum fiebat, quæ si ad caput effumabat, si erat calida obrurabat meatus per quos transirent spiritus animales ad sensoria sua multitudine, si erat frigida obturabat vias suarum crassitè atq; viscositate & si somnum profundum, & lethargum causabat si erat venenosa.

H. L. S. P.

nenosā vel admodū calida suā maxima; acri-
monia eleuabatur vapor malignus ad ipsum
cerebrum, & ad neroos ipsos mordicando
propter suā prauam, & venenosam quali-
tatem ipsum contrahitur faciendo in vijs ce-
rebri oppilationem & tunc fit leuis epilepsia
de qua mentionem facit Gal. 3. de locis affe-
ctis cap. 7. de puerō illo cui vapor malignus.

*Galenij Hi-
storia de
Epilepsia a
praua au-
ra ex pede
eleuata ad
caput.*

a pede eleuabatur epilepsiam faciebat; licet
etiam quod potest esse ingens calor humidū
dissoluendo, frigidum priuatiū, introducen-
do, vt supra mentionem fecimus, sed si tendit
ad cor, ille vapor dissoluendo vires facit syn-
copen, & deliquium animi, si ad intestina ibi
pungendo, & mordicando fluxū humora-
lem, & diarræam causabat, si ad os ventricu-
li, illud replendo, excitando virtutem natu-
ralem ad expellendum propter suā malam
qualitatem, & venenositatem, pungendo &
irritando fibras ventriculi ad expellendum
quod noxiū est, tunc fit singultus, si vero
ad vasa vrinaria agitando humores propter
calorem putredinalē illos eleuando, & vren-
do, vrinam turbidam facit, si ad Cutim illa-

Pustularū materia ichorosa papulas, seu efflorescentias
origo atq; facit si idem calor venenosus resoluit calo-
fons in bis rem, & profundatio partium spirituatiū per
morbis. quam

quam calor non potest extra expandi tunc
extremorum frigiditas fit, & tandem ut non
longum sermonem habeam, manifestum pa-
tet quomodo vnamet eademq; causa plures
effectus, symptomataq; maxima producere,
& generare potest.

*QVID PRAE DICENDVM IN
huiusmodi Febrisbus, et anno sequenti.*

Cap. XIII.

ON immerito igitur bene cum Hippocrat. i. de ratione vi-
ctus videtur semper in his fe-
brisbus malum esse prædicen-
dum, sed hoc nō ita vniuersale
est intelligendum nam qui validas vires , nec
tanta symptomata habuerunt, approximatiss
postmodum bonis, & debitiss medicamentis,
& non empiricè , sed methodicè fuerunt fa-
nitati restituti, vnum non omissendo circa
subsequentem annum propter pluuias , quæ
fuerunt hýberno tempore , & propter oppi-
da illa maxima humiditate plena , periculu
est ne iterum tempore Aestatis generentur,
cum maxima etiam hominum pernicie. Dij
H omen

*Euentum
borum mor
borum non
esse omnino
mortale.*

omen auertant, quid remedij adhoc sit adhibendum dicetur infra.

DE RATIONE CURATIONIS.

Cap. XV.

*Ponse curā-
di ab indi-
cationibus
desumptus.*



T propterea ad tertium quod promisimus nempe admodum curationis deueniendo Primo indicationes a quibus curatiue methodus oritur statuamus : pro qua sciendum est , quod proponitur curanda febris putris pestilens ex toto genere, vt supra diximus cum corruptio ex quatuor humoribus in corde facta sit, at quoniam omnis curatio fieri debet per contraria , sicut præseruatio per simillima , testatur Gal. de Sanitate tuenda cap. 1. cuius verba superfluū est aducere , nam hoc idem conclusit 8. metho. 2. curationem fieri per contraria, verum quia medicus rationalis per scopos procedere debet, à quibus indicationes curatiuas elicet, vt 2. metho. cap. 6. inquit Gal. (statuat enim ars suos scopos a quibus elicit, quid agendum est) sic in hac curatione oportet Primo scopos a quibus curandi indicatio sumatur, statuere, & certè hoc modo procedere dicuntur

*Vnde profi-
ciscantur
curatiua
indicatio-
nes.*

tur rationalis curatio, danda ergo opera est in hac curatione qui scopi eligēdi sunt vide-re. r̄es pr̄eter naturā a q̄bus indicatio curā-dis sumit̄ morbus causa, & symptomata quē remouenda sunt, at quoniam hic maxima est virium iactura quē conseruari debent, morbus hic est febris pr̄eter naturam, est passio calida & sicca ergo oportet vt curetur per contraria scilicet frigida, & humida cum sex rebus non naturalibus. causa est ingens putredo, quæ cum sit causa morbi oportet, vt remoueatur, & abscindatur: cum autem hæc duplex sit, vel fiens, vel facta, si fiēs debemus alterare cum frigidis, & humidis & hæc dici-tur pr̄eseruatio a febre futura si est facta, tūc abscindere debemus cum medicamento pur-gante sanguinis missione, & alijs. symptomata verò eorum linitionem indicant, itaq; cō-cludamus morbum sui curationem indicare causam sui remotionem, symptomata vero linitionem, vt in 11. metho. cap. 2. cum sym-ptomata non currentur vt 12. metho. 1. se-quuntur enim morbum, vt vmbra corpus, sed si accidit quod sint fæua, vt trahant ad se curam, tunc semper indicatio sumitur a re-vrgente, vt Gal. 3. metho. 9. verum pro co-tonide dicit vnus Gal. quando vnico reme-

*Partitio
cause mor-
bipara.*

*Se uis in
sympth. qd
agendum.*

dio morbo causæ, & symptomati cōsulimus, hoc dicitur antiquissimum vt i 2. metho. testatur, Vltima sed ea quidem non exigua vero intentio est ad virtutem, nam vt plurimū in hac febre est debilis, cum hoc sit eius particulare signum, vt dicebat multis in locis, & propterea procedere debemus cum illis quę virtutē dant, & sic oritur indicatio reassumptio virum, hęc autem omnia tribus instrumentis fiunt dięta, chirurgia, & pharmacia.

PER CURATIONEM Dieteticam. Cap. XVI.

*Qui debet
aer esse.*



R I M O igitur Dieta in sex rebus non naturalibus cōstitit, aer debet esse frigidus, & humidus, sed hic potius debet esse siccus cū siccitas magis sit contraria putredini quam humidum si non sponte arte fiat scilicet vt aspergatur aqua cum aceto, vel cum aquis odoriferis, vel cum frondibus limonis, salicis, lactucæ, cahnarum, & alijs, deinde fugienda est hominum multitudo, cum aerem calefaciant, & Gal. 10. metho. cap. 8. (aeris refrigeratione plus cōmodum facit, quam ex densata cuti) cibus,

cibus, & potus ad propositum attinet, tripli-
cēm conditionem habere debent, Primo ut
non sint in multa quantitate, Secundo opti-
mū nutrimenti, Tertio ut cito conquoquan-
tur, ratio est quia cum calor febrilis adsit, si
cibus qui sumitur illas conditiones non ha-
beat, tunc facillimē in putredinem conuer-
titur, ut praecipue si vires debiles sint, & va-
lidas operationes non habeant, & propterea
laudatur consumptum pulli, cum illas tres
conditiones habeat; fructus autē non omnes
dāntur, cum ad putredinem, & corruptionē
apti sint, sed tantum illos damus qui magis a
corruptione remoti, ut mala appia, pira, ci-
doniū, lazzarolæ, pruna, verum aliqui ut tun-
tur faccharo, ego vero in huiusmodi febri-
bus semper abstineo, Primo quia Saccharum
naturam habet inflammandi, Secundo cum
sit humidum, ad putredinem aptissimum est;
loco ipsius Cremore ptisanæ Vix habet
enim vim nutritiæ, & alterandi acetum ma-
xime conuenit in huiusmodi febribus, ut Gal.
3. in acutis 38. sic etiam & omnia acida, ha-
bent enim vim putredini resistendi, tempus
vero, & modus, alięque conditiones propter
temporis breuitatem enumerari nō possunt,
tanto magis quia cum viris doctissimis lo-
quor,

Qui cibus,
quiq; potus.

Vires cre-
moris ptis-
ana.

Acidorum
vis adver-
satur putre
dini.

quor, ideo hæc satis dicta sufficient, si quis vult hæc videre, totum, librum i. Apho. legere, potest inter herbas, hæc laudantur scilicet borago, cicorea, lactuca, buglossa, endivia, acetosella, & utimur inferculis ipsis: Po-

*An vinū
conferat in
pestilenti
tue.*

tus vero an conueniat vinum dubitatur, at quamuis de hoc multa possem dicere prætermitto autem, cum satis, superque maxima cum doctrina, & eloquentia olim iam Reuerendissimus Hieronymus Prouensalis Archiepiscopus Surrentinus scripserit, quamobrem sufficit tantum dicere vinum album tenuè odoriferum debet esse, non rubrum quia inflamat, & tanto magis, quanto ventriculi imbecilles sunt. de aqua vero quid dicendū?

*Aqua bōr-
dei p dōsse.*

summo opere aqua hordei laudat, vel aqua fontis decocta cum aliquis hærbis quæ proprietatem resistendi putredini, & malam expellendi qualitatē habet & vim, at quoniam semper ægroti sitim habent, propterea utimur sæpè conditis cum aquis factis quæ virtutem habeant putredini resistendi, alterandi, & refrigerandi, vt Recip. fyr. de pomis de agredine citri, vel de succo granatorum acidorū, vel fyr. acetosi, vel iuleppi violati ana vnc. i. aquarum mellissæ, scorzonariæ, borraginis, buglossæ ana lib. i. margaritarū sub. pul.

pul. 3 i. folli. auri num. 2. mis. fiat conditum
de quo languens s̄epe capiat, quid de motu?
plus iuuat quies quam motus, nūm̄ius pr̄ser-
tim cum ex Philosopho sit causa caloris, &
debet eligi locus euentationis, vt illa putre-
do remoueatur, & vapores illi putredinosi,
sic inanitio potius & inedia quam repletio
prodest, omnis enim repletio mala, quia cum
hic humores peccēt debemus euacuare, dū-
modo virtus sit fortis, & hoc cum clysteri-
bus, quæ vel erunt leuia, vel acria, vel medio
modo vt sunt ex oleo communia mygdala-
rum dulcium Rodomel. zuc. est oleum, vio-
latū, mel, Cassia, Diac. Diaph. & alia. ad hunc
v̄sum summo opere laudatur vomitus nā scio
quosdam propter continuum vomitum sa-
nitati restitutos esse; alios verò à morbo præ-
seruatos, inter quos Religiosus quidam quo-
cum mihi maxima interest familiaritas cum
toto tempore quo eiusmodi contagium du-
rauit, per multos menses Nolæ sit commora-
tus, & ipsos ægrotos & eorum exciperet cō-
fessiones quotidie pluries inuiseret sponta-
neo bilis flauæ aliorumq; humorum magno
vomitū, qui alternis diebus ei contigebat
ante prandium quæ Dei est misericordia, in-
tegra semper usus est valetudine, & nunc vi-
uit;

*De motu
ancoreras.*

*Vomitus
laudatur.*

uit, si sponte, bene, si nō, arte fiat cum syr. ace-
toſe, & alijs ad hunc vſum cum aqua tepida;
Conſidera- quoad ſomnum, & Vigiliam non debet eſſe
tio ſomni et extremitas, quia ſi ex cefſerint mali dicebat
Vigilie.

Hippocr. nam vt videmus anima vigilia, ma-
xime debilitantur vires, ſi ſomnum attrahit
vaporum, & conſequenter Apoſte-
ma in capite, preſertim in principio acceſ-
ſionis, cum replete caput, & propterea me-
dioſitatem, & conſuetudinem obſeruare
debemus, animi accidentia, vt mētitia ſu-

Perpendit perfluę, ſic gaudium maximum remouere
animi paſſioneſ. debemus, cum noſtrum corpus alterent, &
exiccent, nam tam ex nimia letitia, quam
ex vehementi triftitia aliqui mortui ſunt, vt
videre eſt apud Plinium, aliosque Authores
legat qui voluerit, ſuperfluum enim eſt hic
Historias adducere, nam hi affectus cor alte-
rant, & inde motus ſequitur, ideoque debet
eſſe moderata atque potius debemus ordi-
nare gaudium quam triftitiam.

PER CURATIONEM

Chirurgiam. Cap. XVII.

SE CVNDVM instrumentum, quo
vſuntur Medici eſt ipſa chirurgia
qua remouemus Primo putredinem
fientem

fientem cū sanguinis miss. postea verò factam cum medicamentis purgantibus ; & propterea dubitatur num conueniat sanguinis missio , fuit mihi proposita hæc contiouersia a-
pud quendam Medicum magis empyricum, *An secunda
vena in pe-
quam rationalem , qui pluribus vijs conaba-
tur probare , nullo modo in his febribus ori-
ginem ducentibus a maligna qualitate aeris
venæ sectione , nec medicamentum purgans
conuenire probabat autem hoc authorita-
tibus , & rationibus Prima auctoritate Gal.
lib. de bonitate , & virtute succorum cap. i. ait*

*aliquos ex maligna febre laborantes , ex san-
guinis missione omnes interiisse ergo , nō co-
uenit secundo lib. 9 , de simplicibus medioa-
mentorum facultatibus cap. de bolo arme-
no , omnes ipse curauit solo bolo armeno , &
nō sanguinis missione , Rursus in his febribus
adest virgus parua , & debilis , ergo non debe-
mus venā secare : ultimo die ebat ipse exper-
tus sum ex egris ex aliquos cum venæ sectio-
ne interiisse , aliquos absque ea sanitatem re-
cuperasse , & ratio erat , quia hic non peccat
sanguis , nec humor cum sanguis qui hic ex-
cernitur bonus , his igitur rationibus , & alijs
conabatur etiam probare medicamentum
purgans nullo pacto conuenire , cum hic ma-
joritq*

*An secunda
vena in pe-
re.*

*Pro negan-
te parte ar-
guitur.*

la, & veñenata qualitas peccet, & non humores, & sic solam aquam hordei, & saccharū dare illi debemus: nam quanti valeat, & quas vtilitates afferat, sciunt languentes mei, ita vt eius languentes sint Principes, & viri doctissimi, sed credo, vt ita est, esse pauperissimos, atque ignaros, & non dicit ipse quo mortui sunt, volens viam ordinariam a tot grauissimis antiquissimisque viris commendatam relinquere, & propterea quātum sine

Firmat op-
positā sen-
tentiam.

friaolæ eius rationes nullus dubitat, tū quia regula est illa generalis i. i. metho. cap. 5. saluberrimum est in omnibus febribus sanguinem mittere, sed sic est, vbi est maior puctudo ibi magis conuenit, ergo hic multo magis mitti debet, Secundo particularius Hipp. & epid. commento 3. rex. 43. dixit in aliquibus sanguinem detrahic conuenit, & sic in aliis sanguinem in pestilenti febre, sic etiā i. epid. commento rex. 32. quid clarius? non ne hæc febris posuit sanguinem in puctis factis esse, vbi certè mittitur sanguis cū humores evacuentur, qui in venis sunt & calorem nativum ventilet, & causam abscondat, itaq; manifestum patet quod debemus sanguinem mittere, vnde semper & usque ad diem Iudicij ita curatæ fuerunt, & curabutur febres, & quā pluri-

plurimum levamini emissio sanguinis languentibus attulit, ut quotidiana experientia docet; ad rationes vero respondeo, quod quando in his febribus vires constantes sunt, & felatia humoralis est, nec diaria, nec eti-
neas, & alij humores mixti sunt cum ipso san-
guine quando à natura ipsius parū recedunt,
Iquod cognoscitur ex tribus per viam gene-
